

*MASTER  
NEGATIVE  
NO. 93-81401-19*

MICROFILMED 1993

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES/NEW YORK

as part of the  
"Foundations of Western Civilization Preservation Project"

Funded by the  
NATIONAL ENDOWMENT FOR THE HUMANITIES

Reproductions may not be made without permission from  
Columbia University Library

# **COPYRIGHT STATEMENT**

**The copyright law of the United States - Title 17, United States Code - concerns the making of photocopies or other reproductions of copyrighted material.**

**Under certain conditions specified in the law, libraries and archives are authorized to furnish a photocopy or other reproduction. One of these specified conditions is that the photocopy or other reproduction is not to be "used for any purpose other than private study, scholarship, or research." If a user makes a request for, or later uses, a photocopy or reproduction for purposes in excess of "fair use," that user may be liable for copyright infringement.**

**This institution reserves the right to refuse to accept a copy order if, in its judgement, fulfillment of the order would involve violation of the copyright law.**

*AUTHOR:*

GOETZ, GEORG

*TITLE:*

DE DIVI HADRIANI  
SENTENTIIS ET...

*PLACE:*

IENAE

*DATE:*

[1892]

Master Negative #

93-81401-19

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES  
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

87H11  
DG

Goetz, Georg, 1849-1934  
...De Divi Hadriani sententiis et epistulis  
commentariolum Georgii Goetz... Ienae, Prostat  
in libraria universitatis G. Neuenhahni, [1892]  
viii p. 27½ cm.

At head of title: Index scholarum hibernarum  
publice et privatim in Universitate litterarum  
Ienensi, a die XVII m. Octobris a. MDCCCXCII ad  
diem XVIII m. Martii a. MDCCCXCIII habendarum...

Another copy in Law Library. [1892]

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA



FILM SIZE: 35 mm  
IMAGE PLACEMENT: IA IIA IB IIB  
DATE FILMED: 5/12/93  
INITIALS: BAP  
FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT




**AIM**

**Association for Information and Image Management**



1100 Wayne Avenue, Suite 1100,  
Silver Spring, Maryland 20910  
301/587-8202



Centimeter



Inches



MANUFACTURED TO AIM STANDARDS  
BY APPLIED IMAGE, INC.

THE

Columbia University  
in the City of New York

LIBRARY





INDEX  
SCHOLARUM HIBERNARUM

PUBLICAE ET PRIVATIM

IN

UNIVERSITATE LITTERARUM IENENSI

A DIE XVII M. OCTOBRIS A. MDCCCXCII  
AD DIEM XVIII M. MARTII A. MDCCCXCIII

HABENDARUM



IN EST  
DE DIVI HADRIANI SENTENTIIS ET EPISTULIS COMMENTARIOLUM  
GEORGII GOETZ ANTIQVARIARVM LITTERARVM PROFESSORIS PUBLICI ORDINARII

I E N A E

PROSTAT IN LIBRARIA UNIVERSITATIS G. NEUENHAGENI

PAUL KOEHLER  
BUCHHANDLER & ANTIQVARIAR  
LEIPZIG O 5

fol 400, 576

Books: Printed  
in Germany

14-4485

1837  
1837  
1837

87H II  
DG

DIVI HADRIANI sententiarum et epistularum collectionem, quam tertio hermeneumaton Pseudodositheanorum libro magistellus anonymus inseruit, cum praeter tredecim 'sententias' unam modo 'epistulam' complectatur, ad matrem imperatoris missam, plures olim saltem epistulas habuisse postea sive consilio sive incuria omissas ex ipsa inscriptione constat. Quarum reliquiarum duplex ad nos propagata est recensio: alteram qua latina praecedunt verba Henricus Stephanus anno 1573 edidit ex codice, ut videtur, Puteano, nunc mutilato<sup>1)</sup>; altera est in codice Vossiano Q 7, quocum conspirant in universum codices Harleianus, Sangallensis, Monacensis<sup>2)</sup>. Vtraque recensione iam Cuiacius usus est<sup>3)</sup>, apud quem Scaliger vidit codicem Sangallensem<sup>4)</sup>; ab eisdem subsidiis proficiscitur Goldastus<sup>5)</sup>; Goldastum sequitur Boeckingius<sup>6)</sup>, nisi quod praeter Sangallensem librum etiam Vossianum adscivit: ipse in tertio Corporis glossariorum volumine lectiones codicum Harleiani et Monacensis addidi<sup>7)</sup>. Quo in labore fieri vix potuit quin identidem pristina quae fuisset verborum forma quaererem: ex qua quaestione quae subnata sunt meletemata propter magnum viri cui tota collectio adscribitur nomen hac occasione prooemiandi oblata depromere collibuit.

Differentiae quae sunt inter Vossianum et codices affines, ut a rebus levioribus incipiamus, saepe nullius aut minimi sunt momenti: velut quod in Harleiano et Monacensi extat p. 34, 18 *suus pro tuis*. Nam etsi primo obtutu cuiquam videatur scribendum esse *quando pater suus confiscatus esset*, tamen graeca versio *πότε ὁ πατήρ σου ἀποπεφισκαμένος εἶη* contradicit; immo confusae sunt interrogationes directa et indirecta: ex quibus quin altera ultra tantum initio posita fuerit non dubito. Multo maiores differentiae sunt inter S (= Stephani contextum) et V, qua nota archetypum et codicis Vossiani et asseclarum notari volui.

Quomodo altera recensio ex altera emendari possit, luculento exemplo demonstrabo. § 9 ita exhibet V (abstersis maculis pusillis) p. 35, 1 sqq.: *Ἀγωντός τινος τήν ἐπίδοσιν τοῦ ἰδίου νόιου*

1) Corp. gloss. lat. vol. III p. XV.  
 2) l. s. s. p. VII sqq.  
 3) Observ. XXI 5 et passim.  
 4) Corp. gloss. lat. vol. III p. VIII.  
 5) Dosithe. Mag. lib. III ed. a. 1601.  
 6) Dosithei Mag. interpret. lib. III ed. 1832.  
 7) cf. p. 31 sqq.; p. 387 sqq.

ἀφρησθαι ὑπό τινος καὶ λέγοντος υἱὸν ἴδιον εἶναι καὶ πρὸς ἐαυτὸν ἀνήκειν τὴν ἐπίδοσιν, ἀπεκρίθη ἢ γυνὴ ῥωμαϊκὴν αὐτὴν γεγενῆσθαι καὶ δέλτους μόνον συγγεγραφεῖναι, γάμους δὲ μὴ γεγενῆσθαι· μὴ δυνηθέντος οὖν περὶ οὗ ἤγετο, Ἀδριανὸς εἶπεν· ὅτε οὖν μὴ ἢ υἱὸς σός, τὴν ἐπίδοσιν αὐτοῦ ὑπό τινος ἀφαιρεῖσθαι ὅστις ἔλεγεν πατέρα αὐτοῦ εἶναι. Ἀδριανὸς ἐκέλευσεν πρὸς ἐαυτὸν τὸν παῖδα καὶ ἐπηρώτησεν, παρὰ τίνι διατρίβοι. Ἀδριανὸς τῷ ἀνθρώπῳ εἶπεν· ἀναιδέστατε, ἀπόδος τὴν ἀλλοτρίαν ἐπίδοσιν cum hac versione: Dicente quodam congiarium sui filii ablatum esse a nescio quo et dicente filium suum esse et ad se pertinere congiarium, respondit mulier, Latinam se fuisse et tabulas solum conscripsisse, nuptias autem non fuisse. non potuit ergo de quo agebatur, Hadrianus dixit: cum ergo non erit filius tuus, congiarium eius a nescio quo auferri qui se dicebat patrem eius esse. Hadrianus iussit apud se puerum et interrogavit, apud quem moraretur. Hadrianus homini dixit: improbissime, redde alienum congiarium. Hanc autem exhibet recensionem Stephanus (p. 389): Λεγούσης τινὸς γυναικὸς τὴν ἐπίδοσιν τοῦ ἴδιου υἱοῦ ἀφρησθαι ὑπό τινος αὐτὸν τε υἱὸν ἴδιον εἶναι καὶ πρὸς αὐτὴν ἀνήκειν τὴν ἐπίδοσιν· ἠρώησατο ἄλλος. ἀπεκρίθη γυνή, ῥωμαϊκὴν αὐτὴν γεγενῆσθαι καὶ δέλτους μὲν γεγράφθαι, γάμους δὲ μὴ γεγενῆσθαι· μὴ δυνηθέντος οὖν αὐτὸν ἀποδείξει υἱὸν ἴδιον εἶναι περὶ οὗ ἐπράττετο· ὁπότε μὴ εἴη σός υἱός, τὴν ἐπίδοσιν ἀπόδος cum versione hac: Dicente quadam muliere, congiarium filii ablatum esse a nescio quo: unquam filium suum esse, et ad se pertinere congiarium: negavit alius. respondit mulier latinam se fuisse et tabulas quidem scriptas fuisse, nuptias uero non fuisse. quum ergo non potuisset eum ostendere filium suum esse de quo agebatur, cum non sit tuus filius, congiarium redde. Collata utraque recensione primum constat pro λέγοντος initio esse reponendum λεγούσης, pro quodam autem quadam et γυναικὸς esse ex S adsciscendum; eodem modo p. 35, 41 legitur αἰτοῦντός τινος γυναικὸς et petente quodam mulieris; nimirum qui corruptit, singula singulis verbis reddidit, sententiae ratione habita nulla. Idem p. 32, 35 ἀτόκους vertit inusuras, ubi ex S iniustas et ἀδίκους scribendum est; idem p. 33, 40 ἀπελευθέρων vertit a libertis, idem p. 32, 55 ἐκτινάσσει excutiet (cf. p. 219, 52) posuit, ubi S recte de hoc iudicabit et περὶ τούτου ἐδικασεν exhibet (nisi quod δικάσει restituendum est). Talia sunt scholastici recentissimi, non magistri vetusti. Eodem refero quod p. 33, 21 ἐξημαρτῆσθαι vel potius ἐξημαρτημένος ponitur pro emendatus, ubi S recte habet διορθωμένος; de aliis exemplis infra agetur. Porro quod in V est ὑπό τινος καὶ λέγοντος, haec non lacuna deformata sunt, ut videbatur Boeckingio, sed interpolatione; nimirum καὶ delendum esse gemina eiusdem loci recensione in eodem V tradita demonstratur. Nam verba quae infra sunt τὴν ἐπίδοσιν αὐτοῦ ὑπό τινος ἀφαιρεῖσθαι ὅστις ἔλεγεν πατέρα αὐτοῦ εἶναι vix possunt expediri nisi statuimus gemina esse iis quae tractamus; accedunt quod haec ipsa verba ab S absunt. In S verba καὶ λέγοντος aut interciderunt aut a Stephano editore omissa sunt. Post ἐπίδοσιν habet S ἠρώησατο ἄλλος, recte, ut puto: haec igitur a V errore absunt. Iam sequitur in utroque libro hiatus sententiae: quaesivisse videtur Hadrianus, num illius uxor esset, id quod mulier negavit. Novae difficultates suboriuntur in verbis quae sunt: μὴ δυνηθέντος οὖν, post quae in V sententia interrumpitur. Lacunam explet S: αὐτὸν ἀποδείξει υἱὸν ἴδιον. Latina discrepant: quae V habet, non potuit ergo, ex mala versione nata sunt; potuit librario tribuo pro potente, quod ablativum absolutum esse

voluit indoctus homo qui vertit. Praestat igitur contextus Stephani; vix enim videtur probabile Stephanum haec de suo posuisse. Post illa leguntur haec: περὶ οὗ ἤγετο de quo agebatur. Latina plana sunt; ἤγετο inscitiae eius qui versionem in peius mutavit imputo; bonum est ἐπράττετο, quod olim extitisse puto. Iam quae secuntur in V, ea ex duplici recensione illata suspicor: priora verba respondent extremis totius narrationis (similia sunt quae S iusto loco exhibet), posteriora eis quae iam supra tractavimus. His igitur omissis sic continuanda erit oratio: Ἀδριανὸς ἐκέλευσεν e. q. s., quae verba S omisit. In exitu duplicem exstare vel adeo triplicem recensionem supra monui: duas habet V, tertiam S, quae tamen ab altera quae est in V non ita multum differt. Sic igitur narratio refingendam erit: Λεγούσης τινὸς γυναικὸς τὴν ἐπίδοσιν τοῦ ἴδιου υἱοῦ ἀφρησθαι ὑπό τινος [καὶ] λέγοντος υἱὸν ἴδιον εἶναι καὶ πρὸς ἐαυτὸν ἀνήκειν τὴν ἐπίδοσιν, ἠρώησατο ἄλλος . . . ἀπεκρίθη ἢ γυνὴ ῥωμαϊκὴν αὐτὴν γεγενῆσθαι (γεγενῆσθαι) καὶ δέλτους μόνον (μὲν) συγγεγραφεῖναι (γεγράφθαι), γάμους δὲ μὴ γεγενῆσθαι. μὴ δυνηθέντος οὖν αὐτὸν ἀποδείξει υἱὸν ἴδιον εἶναι περὶ οὗ ἐπράττετο (ἤγετο), [Ἀδριανὸς εἶπεν· ὅτε οὖν μὴ ἢ υἱὸς σός, τὴν ἐπίδοσιν αὐτοῦ ἀφαιρεῖσθαι ὑπό τινος ὅστις ἔλεγεν πατέρα αὐτοῦ εἶναι] Ἀδριανὸς ἐκέλευσεν πρὸς ἐαυτὸν τὸν παῖδα καὶ ἐπηρώτησεν, παρὰ τίνι διατρίβοι . . . Ἀδριανὸς τῷ ἀνθρώπῳ εἶπεν· ἀναιδέστατε, ἀπόδος τὴν ἀλλοτρίαν ἐπίδοσιν (ὁπότε μὴ εἴη σός υἱός, τὴν ἐπίδοσιν ἀπόδος = ὅτε οὖν μὴ ἢ υἱὸς σός, τὴν ἐπίδοσιν . . .) = Dicente quadam muliere congiarium sui filii ablatum esse a nescio quo [et] dicente filium suum esse et ad se pertinere congiarium, negavit alius . . . respondit mulier Latinam se fuisse et tabulas modo (quidem) conscripsisse (scriptas fuisse), nuptias autem (uero) non fuisse. cum ergo non potuisset (non potente ergo) eum ostendere filium suum esse de quo agebatur [Hadrianus dixit: cum ergo non erit filius tuus, congiarium eius a nescio quo auferri qui se dicebat patrem eius esse], Hadrianus iussit apud se puerum et interrogavit, apud quem moraretur . . . Hadrianus homini dixit: improbissime, redde alienum congiarium (cum non sit tuus filius, congiarium redde = cum ergo non erit tuus filius).

Octava narratiuncula, qua quidam conquestus est, quod pater confiscatus esset, sibi autem decuria propterea ablata et si quae alia fuissent iusta, maiore vitio laborare mihi videtur, quod nondum remotum esse miror. Graeca enim haec sunt (p. 34, 6 sqq.): Διὰ βιβλίου λέγοντός τινος πατέρα ἴδιον ἀποπερισκῶσθαι καὶ αὐτῷ δικουρίαν ἀφρησθαι, ἣν ἀπῆτει καὶ εἴ τινα ἄλλα γεγόνεισαν δίκαια, αἰτοῦντός τινος Ἀδριανὸς ἐξήτησεν, quibus respondent latina: Per libellum dicente quodam patrem suum confiscatum esse et sibi decuriam ablatam esse quam petebat et si qua alia fuissent iusta, petente quodam Hadrianus inquisiuit. Vbi procul dubio offendunt verba αἰτοῦντός τινος petente quodam. Goldastus secutus Cuiacium (Observ. XXI 10) τινος et quodam expunxit, Stephanus qui αἴτινα αἰτοῦντός τινος et quae petente quodam edidit non dubito quin coniectura nescio cuius magistrelli deceptus hoc fecerit!). Non recte: immo utrumque vocabulum cum versione sua delendum est et aut errori tribuendum

1) Ipsum hoc posuisse minus probabile: cf. quae ipse dixit in praefatione: In depravatis porro vocabulis . . . eadem religione qua et in mendis praecedentis lexicī usus sum: in manifestis dumtaxat erroribus emendandi libertatem mihi concedens. Quod verum esse multis exemplis demonstrari potest.

simpliciter aut ad initium λέγοντός τινος referendum, ut modo loco simili fecimus. Non aliter αἰτοῦντός τινος et petente quodam in quinta narratiuncula (p. 33, 1) exstat, ubi λέγοντός τινος et dicente quodam exspectamus, quod ipsum apud Stephanum legitur.

Immerito glossema in nonam narratiunculam irrepisse censuerunt, ubi haec sunt (p. 34, 32): Οὐρβικιοῦ λέγοντος Πριμίτιβον ἐλευθερώσαι θέλοντα δοῦλον ἴδιον, (κεκλωσμένον εἶναι) ἀπὸ Ῥεσοῦτης, μητρὸς ὀφρανής et Ῥrbico dicente Primitivum manumittere volentem servum suum (vetitum esse) a Restuta matre pupillae: ubi cum Cuiacius Obs. XIV 33 δοῦλον ἴδιον et servum suum expunxisset, Boeckingius ἴδιον et suum delere maluit cetera non mutans. At ne utroque quidem vocabulo expuncto sanatur sententia: dicendum fuit, Primitivum eiusdem pupillae servum fuisse cuius tutor fuit Ῥrbicus. Itaque pro ἴδιον potius scribendum propono ἰδίας ὀφρανής; cf. πατέρα ἴδιον, ἰδίων ἀπελευθέρων, υἱὸν ἴδιον, alia. Sensit hoc iam Goldastus, nisi quod is traiectione opus esse putavit hac: Πριμίτιβον δοῦλον ἰδίας ὀφρανής ἐλευθερώσαι θέλοντα similiterque in versione latina.

In prima narratiuncula (p. 31, 24) ubi haec referuntur: Αἰτοῦντός τινος ἵνα στρατεύηται, Ἀδριανὸς εἶπεν· ποῦ θέλεις στρατεύεσθαι; ἐκείνου λέγοντος· εἰς τὸ πραιτώριον, Ἀδριανὸς ἐξήτασεν, ποῖον μῆκος ἔχει (ἐκείνου λέγοντος)· πέντε πόδας καὶ ἥμισυ, Ἀδριανὸς εἶπεν· ἐν τοσοῦτῳ εἰς τὴν πολιτικὴν στρατεύου = Petente quodam ut militaret Adrianus dicit: ubi vis militare? illo dicente: in praetorio, Hadrianus interrogavit quam staturam habet: (illo dicente:) quinque pedes, Hadrianus dicit: interim in urbanam milita, plura nos offendunt. Primum commemoro recte supplevisse ἐκείνου λέγοντος Goldastum. Pro στρατεύηται quod S habet στρατεύσῃ, id quidem melius est; tamen potius de errore vertendi quam de vitio librarii cogitandum esse puto. Quod minus valere videtur in eis quae secuntur: ποῖον μῆκος ἔχει quam staturam habet, ubi ἔχει exspectatur, pro habet autem haberet. Denique cum pro στρατεύου milita S habeat στρατεία militia, utramque lectionem coniungendam et sic scribendum censeo: εἰς τὴν πολιτικὴν στρατείαν στρατεύου et in urbana militia milita. Ceterum notandum est, saepius in V esse εἰς cum accusativo coniunctum, ubi ἐν cum dativo est in S. — Extrema eiusdem narratiunculae verba haec sunt: καὶ ἐὰν καλὸς στρατιώτης ἔσῃ, τρίτῳ ὀψωνίῳ θνήσῃ εἰς τὸ πραιτώριον μεταβῆναι et si bonus miles fueris, tertio stipendio poteris in praetorium transire. Pro ὀψωνίῳ S exhibet βαθμῶ, h. e. tertio gradu vel ordine; cf. Corp. gloss. II p. 35, 14 et p. 255, 19. Sed etiam ὀψώνιον in lexicis est: cf. II p. 188, 40: stipendium ὀψώνιον στρατιωτικόν, μισθὸς στρατιωτικὸς. Talia ante oculos habuit qui τρίτῳ ὀψωνίῳ vertit, ex latina magis dicendi consuetudine quam ex graeca. — Sic initio sextae narratiunculae (λέγοντός τινος ἐαυτὸν ὑπονοθευθῆναι dicente quodam se circumventum) pro ὑπονοθευθῆναι S habet περιγεγράφθαι, recte, ut puto: cf. Corp. gloss. II p. 467, 18: ὑπονοθεύω sollicito, seduco, inlicio et p. 402, 23: περιγραφή circumscriptio, fraus, circumventio. Nam quod Goldastus adnotat, Hesygium quoque et Suidam νοθεύειν per ἀπατῶν exponere, illud num huc spectet dubito: ἀπατῶ idem esse videtur quod adulterat. In universum monendum est, saepius vertendo peccatum esse in V, magis tamen lacunis deformatum esse S. Similis est ratio inter recensionem fabularum eam quae in V est eamque quam exhibet fragmentum Parisinum. Velut p. 44, 19, 20 V habet: ὄν ὁ

παῖς ἐβιάζετο ἀντὶ ἀκρίδος ἐξελεῖν quem puer compellabatur (pro compellebatur) contra lucustam exire: pro quibus recte fragmentum Parisinum (p. 97, 9, 10) habet: quem conabatur puer pro locusta extrahere (ἐξελεῖν). Adde p. 43, 13 ἐστακίναί πάντας τοὺς λατρούς . . . παρ' ἐαυτὸν ἄγειν statuisse omnes medicos . . . apud se duci, ubi Parisinus habet (p. 99, 34): ὠρικίναί πάντας τοὺς λατρούς . . . πρὸς αὐτὸν ἄγειν. Quamquam non desunt exempla, ubi in fragmento Parisino similiter peccatur. Idem denique de ratione valet quae in fragmento de manumissionibus inter utramque recensionem intercedit. Quo non mediocriter fulcitur coniectura qua Corp. gloss. vol. III praef. p. XV dixi ex eodem codice Parisino pleniore quam nunc est Stephanum hermeneumatōn suorum partem maiorem petivisse. Cuius quidem recensionis auctor homo Christianus<sup>1)</sup> fuit: nam quae V habet p. 39, 3 Ἀθηνῶς χάριν, ἣ δίδωσι ἅπασιν τὴν μάθησιν καὶ τὴν Minervae gratia quae dat omnibus doctrinam et fortunam, in fragmento Parisino (p. 94, 28) ita mutata sunt: dei gratia qui dat omnibus doctrinam θεοῦ χάριτα, ὃς δίδωσι πᾶσιν μάθησιν. Item p. 39, 28 et 29 V habet: πρῶτον πάντων θεοῦ σέβεσθαι primum omnium deos colere; contra fragmentum Parisinum (p. 94, 44): ante omnia deum colere πρὸ πάντων θεῶν σέβειν. Sed ad unum exemplar aliquo modo redire utramque recensionem mendorum non ita paucorum communio persuadet. Quo in numero maxime lacunae sunt apertissimae, velut in illa narratiuncula a qua exorsi sumus; ubi responsum pueri intercidisse certum est, Hadriani aliquot verba deesse etsi non certum tamen probabile esse existimo. Quibus ex aliis narratiunculis plura exempla accedunt.

In epistula quam ad matrem dedit imperator p. 37, 39 sqq. haec habet codex Leidensis: καὶ ὀφείλομεν κοινῇ δειπνῆσαι et debemus inuicem commune cenare; nec differunt codices Sangallensis et Monacensis nisi quod in his commune omittitur: in reliquis libris hic locus omnino deest. Quibus in verbis vix videtur credible inuicem olim scriptum fuisse: immo adscita glossa haec (Corp. gloss. II p. 351, 48): κοινῇ ἐπίρρημα communiter reponeamus communiter, nisi quis censebit commune pro adverbio esse. Ceterum quod in hac epistula ad cenam invitatur mater 'cum sororibus', mirum est: Spartianus certe unam tantum sororem commemorat, Paulinam Serviano nuptam, quem si plures novisset omisurum fuisse recte negat Goldastus. Idem tamen bene monuit, eo quod Sabina rus profecta esset quasi confirmari quae de odio inter Sabinam et maritum ferrentur. Itaque si ficta est epistula ab homine ficta est harum rerum non in scio. Pietati valde consuluisse imperatorem etiam ex narratiunculis quae praecedunt epistulae discimus. Filium qui matrem agnoscere noluit imperator

1) Ceterum eorundem hermeneumatōn etiam alia exstat recensio christiana, quam Corp. gloss. vol. III p. 421 sqq. ex codice Vaticano 6925 edidi. Continentur hoc fragmento mutilato in fine aliquot capitula, quibus tamen et prooemium christianum et epilogus adiecta sunt. Prooemium hoc est: Ἐπειδὴ ὁρῶ σὶ τε καὶ ἑτέροις πολλοῖς ἐπιθυμοῦντας, οὐ μάλιστα, βέλτεστε τῶν ἀνδρῶν ἐμοὶ δέσποτα, Ἕλληριστὶ μαθεῖν καὶ θέλειν μετὰ τῶν ἄλλοτριῶν παιδῶν διαλέγεσθαι μήτε ἐν γρηῶς (εἶναι) δύνασθαι, δηλοῦν δις γρηῶς ἔνενα καὶ πολυπληθίας ἡμάτων, διὰ τοῦτο ἐγὼ σὴν φιλῶν ἀγάπην καὶ γνησίαν διάθεσιν οὐκ ἐφεισάμην τῷ ἐμῷ καμάτῳ . . . τοιμαροῦν γραμματισθῆντες ἐπιχειροῦμεν πάντα πρῶτον περὶ τῶν ἀνωθεν ποιῆσθαι λόγον, οὐχ ὡς αὐτὴν μὲν τὴν ἀνεκλήτητον παρεμφανησόμενοι τῆς θεότητος φάναι ἀτέλεστον, ἀπέραντον καὶ ἀνεκδιήγητον, ἀλλὰ καθὼς ἐφικτόν θνητοῖς φάναι κ. τ. λ. Etiam in capitulis ipsis vestigia sunt doctrinae christianae.

noluit civem Romanum agnoscere; patri qui filiorum conscriptorum minister esse voluit, ne eos e conspectu abire pateretur, vitem dedit, ut eorum centurio esset; filium qui patrem valetudinarium neglexerat graviter increpuit. Vnde haec omnia fluxerint nescitur: quamquam dictorum et factorum memorabilium Hadriani collectiones factas esse post eius obitum non improbabile est: ex quibus etiam talia hausta esse conicio, qualia Spartianus in vita Hadriani protulit velut p. 13 ed. Peter., ('unde non iniocundum est rem inserere ex qua constet eum de amicis multa didicisse. nam cum ad quendam scripsisset uxor sua' e. q. s.), p. 19 ('publice frequenter et cum omnibus lauit. ex quo ille iocus balnearis innotuit: nam cum quodam tempore veteranum quendam notum sibi' e. q. s.), p. 22 ('ioca eius plurima exstant; nam fuit etiam dicaculus. unde illud quoque innotuit, quod, cum cuidam canescenti quiddam negasset' e. q. s.), p. 23 ('unde exstat etiam illud saepe quidem sed prope ioculari de seruis. nam cum quodam tempore seruum suum inter duo senatores e conspectu ambulare uidisset' e. q. s.). Adde ex vita Aelii Veri p. 32 et 34. Quod Jaenickius (de vitae Hadrianae scriptoribus p. 47) dicit, has sententias summa cautione adhibendas esse, nam non revera responsa Hadriani fuisse egregie demonstravisse Dirksen<sup>1)</sup>, id non tam ad historicos quam ad iureconsultos pertinet, qui cum a Cuiacio ad Boeckingium has narratiunculas inter fontes iuris Romani tractaverint, nunc quidem eas merito excluderunt: cf. Kruegerus, Geschichte der Quellen und Litteratur des Römischen Rechts, p. 252, adn. 52.

1) Hinterlassene Schriften II p. 392: 'Die Form der Ueberlieferung verräth keines der Merkmale, an welchen die fraglichen Constitutionen römischer Kaiser . . . mit Sicherheit zu erkennen sind'.

## LECTIONES

### I. Ordinis Theologorum

#### 1. PROFESSORUM ORDINARIORUM.

RICARDUS ADELBERTUS LIPSIUS, D., privatim 1) *theologiam dogmaticam* tradet senis diebus h. IX—X et diebus Mercurii et Saturni h. VIII—IX; 2) *evangelium Ioannis* quaternis diebus (Lunae, Martis, Jovis, Veneris) h. VIII—IX interpretabitur; publice 3) die Martis horis vespertinis VI et VII *seminarii theologici exercitationes* una cum collegis SS. VV. moderari perget.

CAROLUS SIEGFRIED, D., h. t. decanus, privatim 1) *Iobēda* explicabit quinque scholis h. XII—I; 2) *historiam populi Israelitici* enarrabit ternis scholis diebus Lunae, Martis, Mercurii h. XI—XII; 3) *archaeologiam Hebraicam simul cum geographia Palaestinaensi* docebit ternis scholis, diebus Jovis, Veneris, Saturni, h. XI—XII; publice 4) *exercitationes seminarii theologici* una cum collegis SS. VV. moderari perget die Mercurii horis vespertinis VI et VII.

RUDOLPHUS SEYERLEN, D., privatim 1) *ethicam philosophicam ac theologiam* senis diebus docebit h. X—XI; 2) *artem homileticam et catechetica* quinque diebus tradet h. XI—XII; privatissime 3) *scholas examinatorias ad dogmatum historiam spectantes* habebit senis horis posthac definiendis; publice 4) *seminarii homiletici et catechetici* exercitationes horis consuetis moderari perget.

FRIDERICUS NIPPOLD, D., privatim 1) *historiae ecclesiasticae partem secundam* senis diebus h. X—XI tractabit; 2) *historiam novissimae theologiae* enarrabit binis diebus h. XI—XII; 3) *seminarii theologici exercitationes* una cum collegis SS. VV. moderari perget die Jovis horis vespertinis VII et VIII.

ADOLPHUS HILGENFELD, D., 1) publice *Pauli epistolam Galatis inscriptam* interpretabitur binis diebus (Merc. et Sat.) h. VIII; 2) privatim *Pauli epistolam inscriptam Romanis* interpretabitur quaternis diebus h. VIII; 3) privatim *isagogen historicam criticam in Veteris Testamenti codicem singulosque libros canonicos, apocryphos, pseudepigraphos* tradet senis diebus h. IX; 3) *vita Iesu enarranda in historiam ecclesiae christianae* introducet quaternis diebus h. XII.

#### 2. PROFESSORUM EXTRAORDINARIORUM.

PAULUS GUILLELMUS SCHMIEDEL, theol. lic., 1) privatim *historiam aetatis apostolicae una cum rebus Iudaeorum et Romanorum ad Christianos pertinentibus* enarrabit diebus Lunae et Martis h. V et die Veneris h. VI; 2) privatim *epistulas ad Ephesios et ad Colossenses datas* interpretabitur diebus Lunae et Mercurii h. IV; 3) privatissime et gratis *exercitationes in artem Exegeticam et criticam Novi Testamenti introducentes* moderabitur die Martis horis VII et VIII vespertinis; 4) privatissime *selectas Veteris Testamenti partes* sodalibus interpretandas proponet die Veneris horis VII et VIII vespertinis.

OTTO BAUMGARTEN, theol. lic., 1) privatim docebit *liturgicam* binis diebus h. VIII; 2) privatim tradet *historiam et theoriam missionis internae* binis diebus h. VIII; 3) publice *colloquia de Pauli epistula ad Philippenses practice exponenda* moderabitur die Lunae horis VI et VII vespertinis; 4) privatissime et gratis *quomodo pueri religionis doctrina instituendi* sint exponet die Veneris horis VI et VII vespertinis; 5) publice de *Goethio et Herdero* disseret die Martis h. II.

## II. Ordinis Jureconsultorum

#### 1. PROFESSORUM ORDINARIORUM.

B. G. LEIST, D., *exercitationes iuris civilis exegeticas* moderabitur.

OTTO WENDT, D., 1) *doctrinae pandectarum partem priorem* docebit senis scholis h. X—XII privatim; 2) in seminario juridico *exercitationes iuris Romani* instituet die Veneris horis V—VII postm. privatissime et gratis.

AUGUSTUS THON, D., tradet privatim 1) *institutiones et historiam iuris romani* quaternis diebus h. X—XII; 2) *doctrinae pandectarum partem alteram* quaternis diebus h. V—VI.

ALEX. FRANKEN, D., privatim docebit 1) *historiam iuris Germanici* quaternis diebus h. IX—X; 2) *ius cambiiale* semel h. V—VI; 3) *ius commerciorum* quaternis diebus h. IV—V; publice 4) *encyclopaediae et methodologiae iuridicae partem priorem* tradet semel p. h. binis horis.

RICARDUS LOENING, D., privatim 1) *processum civilem Germanicum* quotidie h. XI—XII; 2) *processum criminalem Germanicum* quinis diebus h. XII—I explanabit; 3) in seminario iuridico privatissime et gratis *exercitationes criminales* moderabitur.

FRIDERICUS BROCKHAUS, D., h. t. decanus, docebit 1) *ius ecclesiasticum* quinis diebus privatim; 2) *ius administrationis* quaternis diebus privatim; 3) in seminario iuridico gratis interpretabitur *constitutionem imperii germanici*.

GUILLELMUS LANGENBECK, D., 1) publice *ius saxonicum privatum* tenis diebus h. XI—XII tractabit; 2) *de agrorum separatione et onerum realium luitione* binis diebus h. XI—XII disseret.

#### 2. PROFESSORUM EXTRAORDINARIORUM.

FERDINANDUS KNIEP, D., 1) *historiam ordinis iudiciorum privatorum* diebus Martis et Veneris h. IV—V privatim narrabit; 2) *exercitationes iuris civilis practicas* diebus Lunae et Jovis h. IV—V privatissime offert; 3) *Gai institutionum librum secundum* die Mercurii h. IV—V publice interpretabitur.

EDUARDUS ROSENTHAL, D., privatim docebit 1) *ius civile Germanicum* quinis diebus h. X—XI; 2) *ius publicum Germanicum* quinis diebus h. XI—XII.

## III. Ordinis Medicorum

#### 1. PROFESSORUM ORDINARIORUM.

FRANCISCUS RIED, D., lectiones posthac indicabit.

BERNARDUS SIGM. SCHULTZE, D., 1) *scholas clinicas et policlinicas gynaecologicas et obstetricias* habebit diebus Lunae, Mercurii, Veneris ab horae

decimae parte altera ad h. XI; 2) *cursum explorationis gynaecologicae* habebit diebus Mercurii et Veneris h. XII—I.

GUILELMUS MUELLER, D., 1) *privatim pathologiam generalem et anatomiam pathologicam generalem* diebus Lunae, Martis, Mercurii, Jovis h. VIII—IX tradet; 2) *privatissime artem sectionum* quotidie horis II—IV docebit.

M. IOSEPHUS ROSSBACH, D., *scholas non habebit.*

HERMANNUS KUHN, D., 1) *scholas clinicas ophthalmologicas* habebit diebus Martis, Jovis, Saturni h. VIII—X *privatim*; 2) *cursum explorationis oculi humani in primis ophthalmoscopicae* habebit diebus Mercurii et Jovis h. VII—VIII et sequentis parte priore *privatim*; 3) *investigationes speciales* in laboratorio reget quotidie h. X—XI *privatissime et gratis.*

AUGUSTUS GAERTNER, D., 1) *hygienam generalem* tradet diebus Martis Jovis, Veneris h. IV—V *privatim*; 2) *colloquium hygienicum* habebit die Veneris h. V—VI *privatissime et gratis*; 3) *quomodo hygiene in scholis respicienda sit* exponet die Lunae h. II—III *privatim*; 4) *investigationes hygienicas* quotidie reget horis IX—III.

BERNARDUS RIEDEL, D., h. t. decanus, 1) *scholas clinicas chirurgicas* habebit diebus Lunae, Mercurii, Veneris h. VIII ad decimae partem dimidiam, diebus Martis et Jovis hora X—XI; 2) *cursum deligationum* die Saturni h. X—XI.

MAXIMILIANUS FUERBRINGER, D., 1) *anatomiae hominis systematicae partem priorem* tractabit quotidie h. IX—X *privatim*; 2) *ontogeniam hominis et animalium vertebratorum* docebit binis diebus h. XI—XII *privatim*; 3) *exercitationes anthropotomicas* una cum prof. de Bardeleben quotidie horis VIII—I et II—IV moderabitur *privatissime*; 4) *investigationes morphologicas eruditorum* reget quotidie *privatissime et gratis.*

GUILELMUS BIEDERMANN, D., 1) *physiologiae partem I* docebit quinque diebus h. X—XI *privatim*; 2) *investigationes physiologicas eruditorum* reget quotidie *privatissime et gratis*; 3) *physiologiae comparatae partem I* (de *substantiis contractilibus et nervis*) tradet binis diebus publice.

OTTO BINSWANGER, D., 1) *scholas clinicas psychiatricas* habebit diebus Lunae et Jovis horis II—IV; 2) *quatenus homines factorum suorum rationem reddere aut possint aut non possint* exponet die Merc. h. III—IV.

RODERICUS STINTZING, D., 1) *scholas medicas clinicas* habebit quotidie h. XI—XII *privatim*; 2) *scholas clinicas propaedeuticas* habebit *privatim* a) *tironibus* diebus Martis et Veneris h. IX—X et Sat. VIII—IX b) *eruditioribus* diebus Lunae et Mercurii h. V—VI; 3) *investigationes eruditorum* in laboratorio clinico quotidie reget *privatissime et gratis*; 4) *scholas policlinicas* habebit *privatim* diebus Lunae, Jovis, Saturni h. XII—I et die Saturni h. III—IV.

MAURICIUS SEIDEL, D., de *arte formulas medicas praescribendi* disseret binis diebus h. VI—VII *privatim.*

CAROLUS DE BARDELEBEN, D., *privatim* 1) *regionum corporis humani anatomiam* ternis diebus h. IV; 2) *ossium et ligamentorum nec non musculorum in corpore humano anatomiam* quaternis diebus h. XI tradet; *privatissime* 3) *exercitationes anthropotomicas* una cum prof. D. Fürbringer quotidie horis VIII—I et II—IV moderabitur.

## 2. PROFESSORUM EXTRAORDINARIORUM.

P. SCHILLBACH, D., *principia orthopaediae* binis diebus h. V—VI exponet.

IOANNES KESSEL, D., 1) *scholas clinicas otiatricas* habebit diebus Lunae, Mercurii, Veneris h. XII—I *privatim.*

HERMANNUS ENGELHARDT, D., 1) *morbos gynaecologicos* tractabit diebus Mercurii h. II—III et Jovis h. VI—VII *privatim*; 2) de *arte obstetricia colloquium* instituet semel p. hebd. hora et die idoneis *privatissime et gratis.*

RICARDUS SEMON, D., *lectiones non habebit.*

FELIX SKUTSCH, D., 1) *artem obstetriciam* docebit diebus Martis, Mercurii, Jovis h. V—VI *privatim*; 2) *cursum operationum obstetriciarum* habebit diebus Martis et Veneris horis VI—VIII *privatim.*

## 3. PRIVATIM DOCENTUM.

GEORGIUS LEUBUSCHER, D., 1) *medicinam forensem* docebit binis diebus *privatim*; 2) *exercitationes diagnosticas et therapeuticas medicas* instituet die Lunae h. IV—V et die Jovis h. VI—VII *privatim.*

THEODORUS ZIEHEN, D., 1) *anatomiam et physiologiam cerebri* *privatim* docebit die Lunae h. VI—VII; 2) *psychopathologiam generalem* tractabit *gratis* die Jovis h. VI—VII.

ERNESTUS SEHRWALD, D., lectiones non habebit.

HENRICUS HAECKEL, D., *chirurgiam generalem* docebit diebus Martis, Mercurii, Veneris h. III—IV privatim.

RICARDUS NEUMEISTER, D., 1) *capita gravissima chemiae physiologicae, imprimis doctrinam de urina* exponet die Veneris h. II—III gratis; 2) *exercitationes et investigationes chemico-physiologicas* eruditorum quotidie reget privatim.

MAXIMILIANUS VERWORN, D., 1) *physiologiam cellularem* docebit diebus Martis et Veneris h. VIII—IX privatim; 2) *cursum physiologiae practicum* habebit binis diebus binis horis post definiendis.

#### IV. Ordinis Philosophorum

##### 1. PROFESSORUM ORDINARIORUM.

IO. GUST. STICKEL, D., 1) *exercitationes hebraicas in lectitandis Vet. Testamenti scriptoribus* ternis horis posthac definiendis privatim instituet; 2) *publice grammaticam arabicam cum scriptoribus arabicis* binis horis explicare nec non 3) *chaldaicam vel syriacam linguam* binis horis docere perget.

ERNESTUS HAECKEL, D., 1) *historiam naturalem evertebratorum* ternis diebus (Lunae, Martis, Mercurii) h. XII—I tradet privatim; 2) *cursum zoologicum practicum* quaternis horis instituet privatissime; 3) *exercitationes* in laboratorio zoologico una cum prof. D. Kuekenenthal quotidie moderabitur privatissime.

BERTHOLDUS DELBRUECK, D., 1) privatim *lineamenta syntaxis comparatae* tradet h. X—XI diebus Martis et Veneris; 2) *publice linguae Sanscritae grammaticam* docebit h. X—XI diebus Lunae et Jovis; 3) privatissime et gratis *linguae palaeo-bulgaricae grammaticam* tradet h. d.

RUDOLPHUS EUCKEN, D., privatim 1) *historiam philosophiae mediae aetatis et recentioris temporis usque ad Kantium* enarrabit ternis diebus h. IV—V; 2) *de historia et de cultu humano* philosophice disseret binis diebus h. V—VI; 3) *de vita humana quid doceant religiones praestantissimae* exponet binis diebus h. V—VI; privatissime et gratis *exercitationes philosophicas* instituet.

HENRICUS GELZER, D., 1) *historiam Graecam* enarrabit diebus Lunae, Martis, Jovis h. V—VI; 2) *historiam geographiae veteris* tradet diebus Martis et

Veneris h. IV—V; 3) in seminario philologorum *exercitationes epigraphicas et palaeographicas* moderabitur die Mercurii horis XI—I; 4) in seminario historicorum *Iosephi libellum qui contra Apionem inscribitur* interpretandum proponet die Jovis horis VIII—X vespertinis.

IOANNES THOMAE, D., 1) *geographiam mathematicam* tractabit quaternis diebus privatim; 2) *geometriam syntheticam* docebit quat. diebus privatim; 3) *exercitationes* in seminario moderabitur.

OTTO LIEBMANN, D., 1) *psychologiam* docebit diebus Martis, Mercurii, Jovis hora VI—VII privatim; 2) *Imm. Kantii critice rationis purae* interpretandam proponet semel p. hebd. privatissime et gratis; 3) *disputationes philosophicas* instituet semel p. hebd. privatissime et gratis.

GEORGIUS GOETZ, D., h. t. decanus, 1) *historiam litterarum Romanarum usque ad Augusti aetatem* narrabit diebus Lunae, Martis, Jovis, Veneris h. XI—XII privatim; 2) *Martialis epigrammata selecta* interpretabitur die Saturni h. XI—XII privatim; 3) in proseminario philologorum *Phaedri fabulas* proponet die Mercurii horis XI—I.

ERNESTUS STAHL, D., 1) *morphologiam et biologiam plantarum* docebit ternis scholis diebus Martis, Jovis, Veneris h. V—VI privatim; 2) *pharmacognosiam botanicam* tradet binis diebus (Martis et Veneris) h. X—XI privatim; 3) *cursum botanicum practicum* instituet die Saturni horis VIII—XII; 4) *investigationes speciales* quotidie privatissime moderabitur.

IULIUS PIERSTORFF, D., privatim 1) *politiam oeconomiae publicae* docebit quinque diebus h. IV—V; 2) *rem pecuniariam et mensariam* tractabit bis per hebd.; privatissime et gratis 3) *exercitationes seminarii oeconomico-politici* instituet die Martis VI—VIII.

OTTOCARUS LORENZ, D., 1) *historiae medii aevi partem posteriorem* tractabit ternis diebus h. III—IV; 2) *de historiographia et historiographis recentissimi aevi* disseret die Jovis h. III—IV; 3) *exercitationes seminarii historici* moderabitur die Saturni horis X—XII.

THEODORUS LIBER BARO VON DER GOLTZ, D., I. privatim 1) *de arte qua res rustica instituenda sit* disseret quaternis diebus (Lunae, Martis, Mercurii, Jovis) h. XI—XII; 2) *de exsiccandis fundis* exponet die Veneris horis XI—



XII et V—VI; II. privatissime et gratis *exercitationes* seminarii oeconomici reget die Lunae h. V—VI; III. publice *demonstrationes et excursions* instituet.

FRIDERICUS KLUGE, D., 1) *historiam litterarum teutonicarum antiquissimi aevi* narrabit; 2) *fabulam et opera poetica de Fausto* pertractabit; 3) *carmen anglosaxonicum quod est de Beowulfo* interpretabitur; 4) *seminaria et teutonicum et anglicum* moderari perget.

ADOLPHUS WINKELMANN, D., privatim 1) *physicam experimentalem (partem II)* quinque diebus h. X—XI tradet; 2) *cursum physices practicum* chemicis offert semel p. h. horis VIII—XII; 3) *cursum physices practicum* instituet binis diebus horis II—V; 4) *investigationes physicas speciales* eruditorum quotidie moderabitur; 5) privatissime et gratis *repetitorum physices* studiosis medicinae offert.

ERNESTUS KALKOWSKY, D., 1) *mineralogiam* senis diebus h. XII—I privatim docebit; 2) *de geologia Germaniae* privatim disseret ternis diebus (Lun., Merc., Ven.) h. IX—X a. m.; 3) *exercitationes et investigationes mineralogicas geologicasque* privatissime moderabitur quotidie horis IX—I.

RUDOLPHUS HIRZEL, D., 1) *Graecorum prosae historiam enarrabit* h. IX—X diebus Lunae, Martis, Jovis privatim; 2) *de Aristotelis vita scriptis doctrina* tradet h. IX—X die Veneris privatim; 3) in seminario philologorum *exercitationes* moderabitur in *Euripidis Phoenissis* interpretandis horis IX—XI die Saturni.

LUDOVICUS KNORR, D., tradet 1) *chemiam experimentalem (partem II)* quinque diebus h. IX—X; 2) in laboratorio academico *praxin chemicam* docebit.

RUDOLPHUS GAEDECHENS, D., publice de *Pompeianorum Herculanseniumque oppidis* disseret die Merc. h. V—VI; privatim *monumenta quae ad Homerum eiusque carmina spectant* interpretabitur dieb. Mart. et Ven. h. X—XI; privatissime et gratis in seminario suo archaeologico *iconographiam Romanam* tractabit die Merc. h. X—XI.

C. I. P. HERMANNUS SCHAEFFER, D., privatim docebit 1) *calculus differentialem et integralem* senis diebus h. XI—XII; 2) *physicam (curs. II) coniunctam cum exercitationibus experimenta faciendi* quaternis scholis; publice 3) *de electricitate in rebus technicis adhibenda* disseret die Mercurii h. VI—VII.

ERNESTUS ABBE, D., *de diffractione luminis* disseret ternis diebus h. IV—V privatim.

GUILELMUS REIN, D., 1) *paedagogicam* tradet ternis diebus h. XII—I privatim; 2) seminarii paedagogici *exercitationes* horis consuetis moderari perget.

## 2. PROFESSORUM EXTRAORDINARIORUM.

B. M. VERMEHREN, D., *Plutarchi vitas Gracchorum* interpretabitur binis diebus h. posthac defin.

FRIDERICUS KLOPFLEISCH, D., 1) privatim tradet *mythologiam germanicam* ternis diebus (Lunae, Martis, Jovis) h. II—III; 2) privatissime et gratis offert *exercitationes de monumentis germanicis praehistoricis* die Veneris h. II—III; 3) privatim *historiam artium universalem* tradet diebus Lunae, Martis, Jovis, Saturni h. III—IV.

CAROLUS CAPPELLER, D., publice 1) *selectas sententias Indicas* interpretabitur binis scholis; 2) *exercitationes Anglicas* instituet binis scholis.

G. FREGE, D., 1) *mechanicae analyticae partem alteram* quaternis diebus h. XII docebit privatim; 2) *de scriptura characterica* semel per hebd. disseret publice.

GUILELMUS DETMER, D., privatim tradet 1) *physiologiam experimentalem plantarum*; 2) *fundamenta physica soli cognitionis* tractabit; 3) *repetitorium botanicum* instituet; 4) *cursum practicum de physiologia plantarum* habebit.

EUGENIUS WILHELM, D., publice 1) *morphologiam linguarum generalem* docebit binis diebus (Mercurii et Veneris) h. X—XI; 2) *selecta Avestae capita* interpretabitur binis diebus (Martis et Veneris) h. X—XI; 3) *grammaticam linguae aethiopicae comparatae cum arabica* tradet binis diebus (Lunae et Jovis) h. XI—XII; 4) *scriptores et arabicos et persicos* interpretari perget horis posthac definiendis.

EDUARDUS PECHUEL-LOESCHE, D., 1) *geographiam physicam* tractabit diebus Lunae, Martis, Jovis h. XI—XII privatim; 2) *colloquium geographicum* habebit hora et die idoneis privatissime et gratis.

IOANNES BRUEMMER, D., I. privatim docebit 1) *plantarum culturam specialem partem I* ternis diebus (Martis, Jovis, Veneris) h. III—IV; 2) *pastionem educationemque pecorum domesticorum* ternis diebus (Lunae, Martis, Mercurii) h. IX—X; 3) *de structura et functionibus pecorum domesticorum partem I* binis diebus Jovis, Veneris) h. IX—X; 4) *exercitationes* in laboratorio oeconomico-physiologico)

binis diebus (Saturni) h. X—XII privatissime; II) privatissime et gratis  
5) *exercitationes* seminarii oeconomici moderabitur die Jovis V—VI.

FELIX AUERBACH, D., 1) *theoriam potentialis ad gravitatem, electricitatem magnetismum applicatam* docebit diebus Lunae, Martis, Mercurii h. IX—X; 2) *elementa mathematicae superioris* explicabit rerum naturalium studiosis diebus Martis et Veneris h. III—IV p. m.

GUILLELMUS KUEKENTHAL, D., 1) *historiam naturalem vertebratorum* ternis diebus (Jovis, Veneris, Saturni) h. XII—I tradet privatim; 2) in laboratorio zoologico *investigationes speciales* una cum prof. D. Haeckel quotidie moderabitur privatissime.

GUILLELMUS LIEBENAM, D., 1) *reipublicae romanae historiam* tractabit diebus Martis, Jovis, Veneris h. IX—X privatim; 2) *historiam humani cultus civilisque inde ab Augusti aetate usque ad Iustiniani tempora* delineabit die Mercurii h. IX—X; 3) *exercitationes* historicas moderabitur publice die Lunae h. VI—VIII.

IOANNES WALTHER, D., *de effigie terrae* privatim disseret die Veneris h. IV—V.

OTTO SCHRADER, D., privatim *grammaticen Homericam* docebit et *selectas Iliadis partes* interpretabitur h. p. d.

EDUARDUS SCHWAN, D., I. privatim 1) *francogallicae linguae grammaticam historicam* tractabit d. Lunae, Martis, Jovis h. IX—X; 2) *de Victoris Hugonis vita et scriptis* disseret d. Ven. h. IX—X; II. publice *exercitationes francogallicas* moderabitur d. Mart. h. VI—VIII; 2) *exercitationes italicas* moderabitur d. Jov. h. VI—VII.

MAURICIUS BUESGEN, D., 1) privatim tractabit *microorganismos zymotechnicae et agriculturae* semel per hebd.; 2) *colloquium botanicum* habebit privatissime et gratis die Veneris h. VII—IX.

GOTTHOLDUS GUNDERMANN, D., 1) *Ciceronis orationes Philippicas* interpretabitur die Mercurii h. X—XI privatim; 2) *de Senecae naturalibus quaestionibus exercitationes philologicas* instituet die Jovis h. VIII—IX privatissime et gratis.

LUDOVICUS WOLFF, D., *chemicam analyticam (partem II)* docebit diebus Jovis, Veneris h. XI—XII.

THEODORUS PFEIFFER, D., 1) *fundamenta chemiae (partem anorganicam)* exponet rei rusticae studiosis diebus Lunae, Martis, Mercurii h. XII—I privatim; 2) *chemiae technologiae* in usum agriculturae studiosorum *capita selecta* tractabit diebus Jovis et Veneris h. XII—I privatim; 3) *exercitationes practicas* in laboratorio ad agriculturae chemiam destinato instituet privatim.

### 3. PRIVATIM DOCENTIUM.

HENRICUS STOY, D., 1) *de paedagogia philosophica* disseret ternis diebus; 2) *exercitationes historicas ad disciplinam paedagogicam spectantes* instituet.

CHRISTIANUS GAENGE, D., 1) privatim *usum instrumentorum opti-  
corum in chemia analytica adhibendorum* tradet diebus Martis et Jovis h. IX—X; 2) privatissime *exercitationes spectro-analyticas et microscopicas* die Mercurii h. III—V instituet; 3) *chemiam forensis* die Saturni h. XI—XII privatim docebit.

ADOLPHUS PILTZ, D., *de aequationibus differentialibus* disseret.

FRIDERICUS REGEL, D., 1) *geographiam thuringiacam* tradet binis diebus h. VI—VII privatim; 2) *exercitationes geographicas* moderabitur die Mercurii h. V—VI privatim.

STEPHANUS STOY, D., 1) *historiam bellorum pro libertate Germaniae recuperanda susceptorum* enarrabit; 2) *exercitationes societatis historicae* moderabitur.

CONRADUS DE SEELHORST, D., lectiones non habebit.

FRANCISCUS ERHARDT, D., 1) *initia philosophiae* docebit diebus Lunae et Mercurii hora IV—V privatim; 2) *repetitorium de historia philosophiae* habebit binis per hebd. scholis.

ALBERTUS LEITZMANN, D., 1) privatim *Wolframi de Eschenbach Parzivalis qui dicitur* interpretabitur cum introductione de vita et scriptis auctoris illius; 2) publice *de vita et scriptis Wolfgangi Goethe ab a. 1749 usque ad a. 1775* binis diebus disseret.

AEMILIUS SCHUSTER, D., med. veter., collegii medic. Vimariensis assessor, privatim docebit 1) *anatomiam et physiologiam animalium domesticorum* ter per hebd.; 2) *scholas clinicas veterinarias* quotidie habebit.

### ARTIUM LIBERALIUM DISCENDARUM OPPORTUNITAS.

Armarum tractandorum artem publica auctoritate docebit *Hermannus Hässler*.

Qui sonorum studiis nervorumque cantu delectantur hasque artes perdiscere cupiunt, iis operam suam spondet

*Ernestus Naumann*, Dr. phil., academic. symphoniarum praefectus.

*Albertus de Obstfelder* artem saltandi docebit.

### INSTITUTA PUBLICA.

*Bibliotheca academica* libros petentibus in usus domesticos reddentibusque patebit diebus Lunae — Veneris horis XII—I et III—IV, die Saturni h. XII—I; libros legere vel inspicere volentibus diebus Lunae — Veneris horis X—I et II—IV, die Saturni horis X—1.

*Hortus botanicus magniducalis* litterarum studiosis quotidie patet.

*Museum mineralogicum magniducale* aperiatur d. Iovis h. XI—I; *palaeontologicum* d. Lunae hh. XI—I.

*Museum zoologicum* die Saturni hora XI—XII visentibus patebit.

*Speculam astronomicam magniducalem* et *Museum anatomicum* qui visere volet, his institutis praefectos adeat.

*Museum archaeologicum* die Mercurii hh. III—V patet.

*Museum nummorum orientalium magniducale* hora visentibus commoda aperiatur.

*Museum Germanicum* hora visentibus commoda aperiatur.



